huc viuit? Qui responderunt. Sospes
est seruus tuus pater noster. Adhuc vi
uit. Et incuruati adorauerunt eũ. Attol
lens autem ioseph oculos: vidit benia-
min fratrem suum vterinuꝫ. ⁊ ait: Iste
est frater vester paruulus de quo dixera
tis mihi? Et rursum: Deus inquit mi-
sereatur tui fili mi. Festinauitqꝫ in do-
mum quia commota fuerant viscera e-
ius super fratre suo ⁊ erumpebant la-
chryme ⁊ introiens cubiculum fleuit.
Rursumqꝫ lota facie egressus: cõtinuit
se. ⁊ ait: Ponite panes: Quibus appo
sitis seorsum ioseph. ⁊ seorsum fratribꝰ.
egyptijs quoqꝫ qui vescebantur simul
seorsum. Illicitum est eniꝫ egyptijs co
medere cum hebreis: ⁊ prophanum pu
tant huiuscemodi conuiuium: sederũt
coram eo. primogenitus iuxta primoge
nita sua. ⁊ minimus iuxta etatem suaꝫ.
Et mirabantur nimis: sumptis parti-
bus quas ab eo acceperant. Maiorqꝫ
pars venit beniamin: ita vt quinqꝫ ꝑ-
tibus excederet. Biberuntqꝫ ⁊ inebriati
sunt cum eo.

XLIIII

Recepit autem ioseph dispen
satori domus sue dicens: Im-
ple saccos eorũ frumento quã-
tum possunt capere ⁊ pone pecuniam
singulorꝫ in summitate sacci. Cyphũ
autem meum argenteum ⁊ preciuꝫ qđ
dedit tritici: pone in ore sacci iunioris.
Factũqꝫ est ita. Et orto mane. dimissi
sunt cum asinis suis. Iamqꝫ vrbem exi-
erant. ⁊ processerant paululum. Tunc
ioseph accersito dispensatore domꝰ ait:
Surge inquit ⁊ persequere viros. ⁊ ap
prehẽsis dicito: Quare reddidistis ma
lum pro bono? Cyphus quem furati e-
stis: ipse est in quo bibit dominus meꝰ
⁊ in quo augurari solet. Pessimam reꝫ
fecistis. Fecit ille vt iusserat: ⁊ apprehẽ-
sis per ordinem locutus est: Qui respõ
derũt: Quare sic loquitur dominꝰ no-
ster vt serui tui tm̃ flagitij cõmiserint?
Pecuniam quam inuenimus in sum-
mitate saccorum reportauimus ad te de
terra chanaan. Et quomodo consequẽs
est. vt furati simus de domo domini tui
aurum vel argentum. Apud quẽcunqꝫ
fuerit inuentum seruorum tuorũ quod
queris. moriatur: ⁊ nos erimus serui do
mini nostri. Qui dixit eis: Fiat iuxta ve
stram sententiam. Apud quẽcunqꝫ fue
rit inuentum: ipse sit seruus meus: vos
autem eritis innoxij. Itaqꝫ festinato de
ponentes in terram saccos: aperuerunt
singuli. Quos scrutatus incipiẽs a ma
iore vsqꝫ ad minimũ: inuenit cyphũ in
sacco beniamin. At illi scissis vestibus.
oneratisqꝫ rursum asinis. reuersi sunt ĩ
oppidum. primusqꝫ iudas cum fratribꝰ
ingressus est ad ioseph. Necdum enim
de loco abierat. Omnesqꝫ ante eum pa
riter in terram corruerunt. Quibus ille
ait: Cur sic agere voluistis? An ignora-
tis ꝙ non sit similis mei in augurãdi sci
entia? Cui iudas: Quid respõdebimꝰ
inquit domĩo meo. vel quid loquemur
aut iuste poterimus obtendere? Deus
inuenit iniquitatẽ seruorum tuorũ. En
omnes serui sumus domini mei: ⁊ nos
⁊ apud quem inuentus est cyphus. Re
spondit ioseph: Absit a me: vt sic agam
Qui furatus est cyphum ipse sit seruus
meus: vos autẽ abite liberi ad patrẽ ve
strum. Accedens autꝫ propius iudas.
confidenter ait: Oro domine audi me:
vt loquatur seruus tuus verbum in au
ribꝰ tuis: ⁊ ne irascaris famulo tuo. Tu
es enim post pharaonem dominus me
us. Interrogasti prius seruos tuos. ha
betis patrem aut fratrem. ⁊ nos respon
dimus tibi domino meo: Est nobis pa
ter senex: ⁊ puer paruulus qui ĩ senectu-
te illius natus est: cuius vterinus frater
est mortuus. ⁊ ipsum solum habet ma-
ter sua. pater vero tenere diligit eũ. Di
xistiqꝫ seruis tuis: Adducite eum ad me

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0044
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG